

1.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.



1686.

1. Kunstmann, Maththaus: Num iudex semper secundum  
divina leges, an etiam secundum aequitatem  
iudicare debeat?

2. Lan, Carolus Fridricus: De dependentiis in genere.

3. Lan, Carolus Fridricus: De poenis foeminae mitius  
infligendis, ex leg. C. et leg. Jul. pecul. distinctione  
sponsationum, constitutio furum, iure in ariti  
ex auctoritate uxoris.

4. Lan, Carolus Fridricus: De iure indigenatus.

5. Paulus, Theodorus: Miscellaneae aliquot  
theses.

6. Schuetze, Bernhardus: Positiones juris miscel-  
laneae.

1687.

1. Funerius, Georgius: De iure principum legis-  
latorio.

1687.

2. Funecius, Gurgius : De imperio principum secula-  
rium circa religionem et sacra.
3. Mitzelius, Johannes : De testimonio foeminarum.
4. Renger, Sebastianus Christianus : De jure captivi...
5. Renger, Sebastianus Christianus : De obsequio paren-  
tibus et patronis praestando

1688.

Renger, Sebastianus Christianus : De jure suspendii

1689.

1. Bally, Johannes Christophorus : Legitima Forum liberorum  
jura potiora.
2. Hognovius, Michael : De erroribus politicii Macti-  
velli.
3. Pentus, Theodorus : De bonis naufragorum fisci  
et privatorum acquisitionem effugientibus.
4. Renger, Sebastianus Christianus : De archis.

1687.

5. Ranzer, Sebastianus Christianus: De jure baptismi...

1690.

1. Marell, Johannes Heimerich: De angina alba  
sen prunella alba...

2. Stein, Joannes: De interpretatione l. 3 C. de  
erich. Hadriani tollendo, et quemadmodum scriptus  
heres in possessionem mittatur.

1691.

Schultz, Christoph: De chirographal vanitate.

1692.

Boltze, Johannes Christophorus: De conditionibus sponsa-  
salium, contractuum et ultimarum voluntatum.

1693.

Stein, Johannes: De peculis...

1694.

1. Berent, Johannes: De ipsa dorum eunuchorum  
iuribus cum prius conjugio eorum.

1694.

2. Paulus, Theodorus: Observationes curiosae
3. Schroenfeld, Henricus: De usuris, earumque  
ac ejus, quod interest differentia
4. Stein, Johannes: De testium pugna.
5. Stein, Johannes: De facto in continenti facien-  
do, seu de iis, quae in continenti fieri debent
6. Braun, Carolus Gothofredus: De purgatione  
vulgaris. Accerit: De juramento Indaeorum,  
ejusque formata solemnitas.



693.

1687, 3

17

*17*

*10*

DISSERTATIO JURIDICA  
DE

TESTIMONIC  
FOEMINARUM,

*Quam*

D. O. M. A.

In Illustri Albertinâ  
Consensu Magnifici Jctorum Ordinis  
SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi Domini,*

DNI JOHANNIS MITZELII,

U. J. D. P. P. Ord. & h. t. Acad. Rect.  
nec non Advoc. prænobil. Jud. Aul. meritis.

*placida cruditorum ventilationi  
sistit*

GEORG. Plene / Colbergens.  
IN AUDITORIO MAJORI

Ad d. 13. Jul. Anno 1687.

REGIO MONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, SEREN. ELECT.  
RAND. ET ACAD. TYPOGR.



1  
1  
DISERTATIO  
DE  
TESTIMONIO  
FOEMINARUM

D. O. M. A.

In Illust. Aulicis  
Consensu Magnae Curiae Ordinariae

sub Praesidio

W. V. V.

Magnae Aulicae Consensu Magnae Curiae Ordinariae

DNI JOHANNIS MITZELI

U. D. P. P. O. & A. Acad. R. C. E.

Magistri et Doctoris

placit. Auditoris

W. V. V.

GEORGII COLBERGERI

AUDITORIS MAJORIS

Ab Anno 1687

W. V. V.

FRIDERICI FRISCHII  
P. P. O. & A. Acad. R. C. E.



## B. C. D.



Estimonii vocabulum, quod in frontispicio occurrit, dicitur à testibus, quemadmodum Vadimonium à Vadibus, i. e. fidejussoribus. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 5. th. 30. Sub voce Fœminarum complectimur omnes sexus fœminini personas, non solum virgines, sed etiam vitiatas; nec solum innuptas, sed etiam nuptas, uxores scilicet, atque viduas. Neque sanè absq; Mysterio Papin. in l. 9. ff. de Stat. hom. & Ulp. in l. 2. ff. de R. J. regulam tradituri, vocem fœminarum adhibuerunt, ut ostenderent harum, similiumque legum dispositionem omnibus, cujuscunque essent speciei fœminis intrepidè applicandam.

I. Testimonium itaque Fœminarum, cum probationis sit species, melioris connexionis ergo, tum etiam, quod in negotiis pertractandis, secundum Mascard. de Probat. in proœm. præmittenda aliqua prius sint, ut tres, de da agitur, cognitu facilius reddatur, & dilucidius appareat illud, quod enodandum proponitur, aliquam ipsius Probationis, divisionem præmitto; Quia verè omnium calculum meruit, teste Quintiliano, Divisio probationis ab Aristotele facta, qui eam à fine, i. e. fide, sive veritate distribuit in Artificialem & Inartificialem, quarum illam Duarenus tit. de Probat. c. 3. Obliquam, hanc directam vocitat, & illa ex ipsa causa, per argumenta & indicia deducitur, hæc in Legum, testium & instrumentorum sive Tabularum auctoritate consistit, arg. l. ult. C. de Probat. l. 2 C. de Testib. Wesenb. 7. ff. de Probat. n. 4. & ibid. Hahn. Colleg. Arg. eod. tit. n. 3. ea quoque, licet

A 2

Nostri,

Nostri, qui effectum magis probationis & vim, quam in judiciis habet, considerant, quam plurimas alias adhibeant, hic hac vice ad institutum nostrum sufficiat.

II. In Probatione Inartificiali, quæ, uti dictum, per instrumenta & testes perficitur, Testes, quæ antiquitus superstites dicebantur, eò quod super causæ statu profectantur, odiè autem à testando sive adierendo nuncupantur, in Jur. Canon. & quidem c. 10. x. de VS. considerantur: Conditione, Natura & Vita. Conditione debet esse testis Liber, non servus. Natura, Vir, non foemina: Vita, Innocens & integer actu.

III. Cum autem textui ex Jure Canon. allegato hac in parte simpliciter inhærere nequeamus, & ipsum etiam Jus Canon, illum regulariter tantum, tanquam Regulam, quæ nunquam tam firma, quin aliquam patiatur exceptionem, ibi velit intellectum habere, neque de Jure Civ. omnes promiscue ad testimonium adhibeantur, personarum generaliter prohibitarum, meritò mentio paucis injicitur. Causas prohibitionis Callistratus in l. 3. §. 5. ff. de Testib. tres enumerat. Nimirum (1.) Personarum Reverentiam, cujus ratione, Servus respectu Domini. l. 8. & ibi Pac. in Analys. n. 5. Auth. si testis. C. eod. l. 13. C. de Quæstion. l. 20. §. 7. ff. de Testament. Nov. 90. c. 6. Colleg. Arg. ad tit. de Testib. n. 6. & 8. ubi prolixè de hac materia agitur, multæque exceptiones adducuntur. Liberi & Parentes. l. 6. C. de Testib. l. 9. ff. eod. Exceptiones habet Colleg. Arg. eod. tit. n. 9. Carpz. Part. 1. Const. 16. def. 50. & Respons. 3. 89. 5. rationem & alleg. Dd. vid. ibid. Liberti contra Patronum, ejusque liberos. l. 3. §. pen. l. 4. ff. de Testib. l. 12. C. eod. l. 9. ff. de Divort. Subditi contra Dominum. l. 6. ff. de Testib. Carpz. P. 1. Const. 16. def. 64. Uxor contra Maritum, & vice versa. Exceptio tamen est, si veritas aliter haberi nequeat. Carpz. d. loc. def. 5. & Respons. 3, 89, 23. rationem vid. ibid. n. seqq. & d. Const. def. 73. eo enim casu &

& testes minus idonei probant. Carpz. d. loc. def. 54. n. 7. Mascard. de Probat. Conclus. 24. n. 48. vol. 1. (2) Lubricum Judicii; cujus ratione Impuberes. l. 3. §. pen. ff. de Testib. 4. Quæst. 2. can. 1, 3, §. item is. Carpz. d. loc. def. 55. n. 1. Jus enim & factum ignorant. l. ult. ff. de Jur. & fact. ignor. & illa ætas ad mentiendum est facilis. l. 15. §. 1. ff. de Quæstion. eoque nec Jusjurandum, sine quo testi non creditur. l. 9. C. de Testib. ibique Gothofr. præstare possunt. l. 26. ff. de Jurejur. l. 4. ff. de in lit. jurand. add. l. 9. ff. de Acqui. vel omitit. hered. Pubertati autem proximi cum eos oporteat intelligere, quid agatur, & nusquam prohibiti reperiantur, admitti debent l. 1. §. 1. ff. de Testib. modo tamen deponant de iis, quæ in sensum & intellectum illorum cadant arg. l. 1. C. de Fals. monet. confer. Carpz. d. def. n. 3. Surdi & muti simul, natura scilicet tales. Quod si casu & ex accidenti tales sint, & literas calleant, aut prudentiam habeant, ut signis possint exprimere sensa, non dubitatur, quin de iis, quæ viderint, testari possint. Eckholt. ad tit. ff. de Testib. §. 3. Idem est dicendum, si distinctim tales sint, modo testentur de his, quæ concernunt sensum, circa quem non sunt impediti, Hahn. ad. Wesenb. eod. tit. n. 3. Cæcus non admittitur, nisi in iis, quæ non visu percipiuntur, sed auditu, ut sunt verba stipulatione is, contractus, modo habeat notas voces contrahentium & loquentium, item si testimonium ferat de illis, quæ vidit ante cœcitatem. Idem ibid. vid. Farinac. de Testit. Quæst. 61. n. 24, 327. & seqq. Minores viginti annis in causis criminalibus. l. 20. ff. de Testib. ibique Gothofr. quod tamen limitatur, si veritas aliter haberi nequeat. Carpz. tract. Crim. P. 3. quæst. 114. n. 41. aut si reo ad ejus innocentiam probandam producantur. Carpz. d. loc. n. 43. & in Crimine læsæ Majestatis, ubi minor quatuordecim annis torqueri potest. l. 10. ff. de Quæstion. Furiosi & mente capti, nullum intervallum habentes l. 20. §. 4.

ff. de Testament. eademque ratione Phrenetici, Lunatici, Fatui, & similes, nec non ebrii, quam diu sint tales. Hahn. ad Wesenb. d. loc. Vid. Mascard. de Probat. Concl. 580. n. 1. Vol. 2. & Concl. 1365. n. 9. vol. 4. Huic classi adduntur mulieres. (3) Notam & infamiam vitæ. Ex hac causa à testimonio arcentur, qui specialiter recensentur l. 3. §. 5. l. 14. & seq. ff. de Testib. vid. Hahn. d. loc. Item de infamia facti infamibus vid. Frantzkius ad tit. ff. de his qui notant. infam. n. 24. & ad §. 6. Inst. de Testam. ordin. n. 15. Dantur, præter enumeratas in dd. ll. causas etiam aliæ, nimirum causæ non tantum propriæ & proprium spectantes commodum. l. 10. ff. & l. 10. C. de Testib. verum etiam aliæ præter prædictas personas ferè innumerabiles, quæ ob defectum quempiam à testimonio repelluntur, quoniam autem istas tractare materias mens mea non est, in his ulterius inquirentes ad Colleg. Arg. in eund. tit. n. 6. 7. 8. 9. & 10. & ad Mascard. de Probat. qui in Vol. 4. & præcipuè Concl. 1363. & duabus seqq. plenissimè istas explicavit, mitto, solumque ad propositam materiam propero.

IV. Testis à Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 28. th. 35. definitur, quod sit persona, quæ ad fidem de negotio civili faciendam à Judice vocatur & examinatur; ast cum sexus muliebris imbecillitas & infirmitas judicii magna l. 2. §. 2. ff. ad SC. Vellej. variumque & mutabile semper foemina proferat testimonium. c. 10. x. de V. S. quod etiam sequens indicit. Distich:

Quid levius fumo? flamen; quid flamine? Ventus;

Quid vento? Mulier; &c.

imo cum his Jura Civilia officia, quæ sunt autoritate & utilitate publica. Tholosan. de Republ. l. 7. c. II. §. 15. per l. 2. ff. de Edend. & Saxonica (quæ autem hac in parte non observamus) legitimam personam standi in judicio interdixerint. Carpz. P. 1. Const. 1. def. 32. n. 3. unde etiam secundum Jus

Saxo-

Saxonicum indistinctè citari nequeunt. Hahn. ad Wesenb. 7.  
ff. de in Jus voc. n. 5. videtur dicendum, istam definitionem  
mulieribus non competere, atque sic, quia testimonii dictio  
est Juris publici. Hering. de Fidejuss. c. 1. n. 73. per l. 1. ff. de  
Testib. l. 18. §. 14. ff. de Muner. & honor. & testimonium di-  
cere pro publico habetur munere, perinde ac tutelam gere-  
re. Wesenb. in 7. ff. de Testib. n. 2. Carpzov. p. 1. Constit. 16.  
def. 47. n. 2. à testimonio dicendo simpliciter eas esse remo-  
vendas; Rursus cum perpendimus non à Natura foeminas,  
sed consuetudine magis vivendi, imbecillitatem corporis,  
judicii, cæteraque vitia, quæ ab Officiis Civilibus istas remo-  
vent, assequi, quis non eas eaque ac mares omnium disci-  
plinarum, artium & scientiarum, atque sic omnium officio-  
rum virilium, munerumque publicorum capaces pronun-  
ciabit? Non est enim validum argumentum ab his, quæ  
permittuntur mulieribus, & quæ nunc agunt, & assuetæ sunt  
agere, ad prohibenda ea, quæ etiam agere possunt, nec se-  
quitur, quod ad alia discenda & tractanda non habeant inge-  
nium. Lydi, dum coeperant, quæ mulieres tractabant, ar-  
tesque voluptuarias agitabant, stultæ desierunt esse bellicosi.  
Sic mulieres relinquentes, quæ mulieres communiter tra-  
ctant, & studentes his, quæ viri solent tractare, efficiuntur  
virilis animi, quemadmodum Assyriorum Regina, Semira-  
mis, Scytharum, Tomyris, de quibus Justin. lib. 1. Unde Im-  
peratores foeminarum præcepta sæpe juvisse, exemplo sunt  
Xerxes, qui Artemisiam, Cyrus, qui Aspasiam, Octavius Au-  
gustus, qui Liviam feliciter in consilium admisere. Imo &  
ipse Imperator noster Justinianus, Theodoram Conjugem,  
quam Reverendissimam appellat, nonnunquam Consilii par-  
ticipem fecit. Nov. 8. c. 1. Plura exempla fortissimarum, inque  
omnibus disciplinis eruditarum foeminarum passim ex Hi-  
storiis desumpta gregatim recenset Tholosan. d. cap. 11. & in  
Syn-

Syntagm. Juris Univers. lib. 47. c. 7. n. 2. 3. 4. 8. Hoc si fuisset contra naturam sexus, nunquam, vel non tam frequenter, aut non nisi pro monstro, & aliquando contigisset. Deinde de prærogativa humanæ dignitatis inter sexum masculorum & foeminarum nulla Jura differentiam quandam constituere; si quidem ipse Deus hominem creavit, masculum & foeminam creavit illos benedixitque illis, ajens communi benedictione: Crescite, & multiplicamini & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus, quæ moventur supra terram. Gen. i. vers. 27. 28. Quod si quis contendat ibi quidem utrique sexui dominationem datam in animalia, sed non datam mulieri dominationem in homines. Resp. neque ibidem eandem dominationem in homines masculis datam. Neque obest, quod post peccatum Gen. 3. vers. 16. mulieri dictum: Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi; ibi enim non agitur de potestate legali, sed naturali, in qua est ordo, ut inferiores subjiciantur melioribus, qui eos antecedunt, talis ordo naturalis est ille, ut marito uxor obtemperet in his, quæ, matrimonii juris sunt, & filius patri in his quæ gubernationis naturalis sunt. De Jure Civili Imperator Justinianus l. 4. C. de Liber. præter. vel exher. Maximum vitium, inquit, antiquæ subtilitatis præsentis lege corrigimus, quæ putavit, alia esse jure observanda in successione Parentum, si ex testamento veniant, in masculis, & alia in foeminis, &c. qui enim tales differentias inducunt, quasi naturæ accusatores existunt, & rursus l. 14. C. de Legit. hered. Lege XII. Tab. benè humano generi prospectum est, quæ unam consonantiam, tam in maribus, quam in foeminis legitimis, & in eorum successione observandam esse existimavit: nullo discrimine in successione habito, cum natura utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale & alterum alte-



alterius auxilio egeat, ut uno semoto & alterum corrumpatur. Præterea quoque Leges inveniuntur Gentium, quæ admittunt foeminas æque ac mares ad Reipubl. administrationem, & ad rem militarem exercendam, ut scribit Aristot. lib. i. Polit. cap. 4. cur non etiam ad cætera munera Civilia subeunda? Hominis enim & mulieris mens, ratio, actiones & similia ab anima pendent, in mulieribus autem & viris non datur distinctio sexus earum animarum, ut quæ in muliere dicatur foemina, quæ verò in homine, mascula: Spiritus sexu carent, sexus quippe generationis est instrumentum, anima verò non generat animam, sed ipsa individua permanet. Igitur quando mulieres à judicandi munere arcentur, quod postulare in judicio, accusare nisi sua intersit, vel suorum, pro aliis intervenire sive fidejubere nequeant, quod ipsarum, testimonium non tales habeat vires quam masculorum cum Juris sit Civilis & juris positivi, & ita honestum ex moribus visum, aliquando in favorem mulierum, aliquando in odium, prout impetus animi & causa morum præsentium potuit movere legislatorem, nullum est dubium, quia nunquam honesta eodem modo apud omnes visa sunt eadem, quin contrariis moribus, contrario statuto & lege admitti possent; Civilis enim ratio civilia jura abolere potest, naturalia non utique §. ult. Inst. de Legit. agnat. tutel. & consuetudo consuetudine contraria & lege tollitur. arg. l. 32. ff. de LL. Verum cum hodiè verecundiæ muliebri haud conveniat, admisceri cœtui virorum. Brunne man. ad l. i. C. Offic. divers. judic. & ipse Imperator Constantinus in l. 2. C. de His qui ven. ætat. impetr. Foeminas, inquit, propter pudorem & verecundiam earum, cœtui publico demonstrari non cogimus, imo Idem Brunnem. cæteri que Dd. edictum Prætoris in l. 3. ff. de Negot. gest. positum, quando etiam ad mulieres extenditur, isti ad d. l. 3. de negotiis illud extrajudicialibus, exceptis casibus, quibus ob suos  
B  
liberos,

causasque pias agunt, intelligendum affirmant, impedimenta, quæ foeminas à virilibus, civilibusque muneribus excipiunt, quilibet primo intuitu arripere potest; quæ circa nostram occupata materiam & quando, jam ordine videbimus. Quoniam autem Prohibitorium Edictum de testibus est l. 1. §. 1. ff. de Testib Speculat. eod. tit. §. 1. n. 96. Wesenb. eod. n. 3. Colleg. Arg. eod. n. 6. Mascard. de Probat. Concl. 1363. n. 1. vol. 4. quo quilibet testimonium ferre admittitur, nisi specialiter contrarium jure cautum ostendatur, aggrediamur causas, in quibus testimonium foeminarum rejicitur, hisce enim perspectis, facilius intelligemus, ubi, quandoque idipsum admittatur.

V. Nequit ergo testis esse foemina primo loco in Testamento, & quidem (1) in Testamento solemnibus §. 6. Inst. de Testam. ordin. l. 20. §. 6. ff. eod. Eckholt ad eund. tit. n. 27. Colleg. Arg. n. 2. & ad tit ff. de Testib. n. 6. Brunneman. ad l. ex eo 18. ff. eod. n. 1. & ad l. qui testamento 20. ff. d. Testament. n. 3. 4. Schnobel. Disp. 16. th. 7. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 32. th. 13. Jodoc. Damhouder. Pract. rer. criminal. c. 50. n. 25. Mascard. de Probat. Concl. 764. n. 1. seqq. Marsil. in Consil. 22. n. 2. Jacob. Ægid. tract. de Testib. n. 5. vers. in testament. Lanfranc. ab Orian. de Testib. n. 77. Jac. Butrigar. eod. tr. n. 30. Frider. Schenck. de Testib. n. 38. Hieron. Zannetin. Different. utriusque juris. different. 38. Joh. Oldendorp. tract. de Testib. c. 4. n. 35. Cacialup. de Feudor. cognit. art. 6. n. 2. Alex. in Consil. 70. n. 13. vol. 2. & cons. 177. n. 5. Andr. Tiraqv. de Privileg. piar. causar. privileg. 5. Prosp. Farinac. de Testib. Quæst. 59. n. 55. 56. Besold. Consil. 273. n. 23. Card. Mantic. de Conject. ultim. voluntat. lib. 3. tit. 1. n. 13. Carpz. P. 1. Const. 16. def. 51. n. 1. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. def. 58. Constit. Maximit. Colon. de Ao. 1512. rubr. von Testamenten §. die Notarien 6. olim enim testamenta fiebant calatis Comitibus, §. 1. Inst. de Testament. ord. Wesenb. 7. ff. eod. n. 11. quibus interesse mulieres indecorum erat. Pac. ad §. 6. Inst. eod. Frantz. k. ibid.

ibid. n. 6. Wefenb. d. loc. A. Gell. Noct. Attic. lib. 5. c. 19. Tholo-  
fan. de Republ. lib. 7. c. 11. n. 11. & insuper, quia testatore mor-  
tuo, testes vocantur ad Prætores, ut coram eo signa sua a-  
gnoscant, cum Tabulæ testamenti sunt aperiendæ. l. 4. ff. Te-  
stam. quemadm. aper. aliam elici rationem ex l. ult. C. de Fidei-  
comm. nempe suspicionem falsitatis; quasi minus sit fidei in  
fœmina, quam in viro, testatur Mascard. d. loc. n. 2. Alii alias  
in medium attulerunt rationes, quas refert Marc. Anton. in l. hac  
consultissima 21. §. 1. C. de Testament. n. 170. cum seqq. Præ cæ-  
teris autem hæc observanda, quod testimonium inter alia so-  
lemnia requisita testamenti præcipuè connumeretur: Mu-  
lier verò inter solemnia non adhibetur. Alb. de Rosat. in l.  
qui testamento. 20. §. mulier. 6. ff. eod. nam adhiberi ad solem-  
nia, lex videtur id habere pro officio virili. vid. Marc. Anton.  
d. l. loc. n. 171. versic. unde assignando. Et hoc verum est non  
tantum de Jure Civ. sed etiam Canonico. Opinionem Abb.  
contrarium tenentis in c. cum esses 10. x. de Testament. repro-  
bat Alexand. in Consil. 177. sub n. 5. vol. 2. ad quæ plurima con-  
gerit Tiraqv. de Leg. connub. l. 9. n. 57. & seq. versic. idque eti-  
am obtinet de Jure Canonico. Imo licet præter d. Abb. mul-  
ti, ut Mascard. de probat. d. Concl. n. 16. Crot. de Testib. Hie-  
ron. Zannet. d. loc. Natt. in l. hac consultissima 21. C. de Testa-  
ment. Jason. ibid. Paris. in Consil. contrariam opinionem,  
quod mulier de jure Canonico, & in terris Ecclesiæ in testa-  
mento testis esse possit, tanquam communem sequantur,  
seriò tamen Farinac. d. loc. n. 61. de priori sententia non esse  
recedendum hortatur, asserendo, illam non tantum esse fre-  
quentiorem Dd. sed etiam per Notarios usu observari, quod  
& verum. Bocer. Disp. de Testamenti Solemnitate. th. 16. Quæ  
dicuntur de muliere, extendi etiam possunt ad Hermophro-  
ditum, quo sexus fœminineus prævalet. l. 10. ff. de Stat. homin.  
l. 5. §. 1. de Testib. ibique Gothofred. Schneidvv. ad §. 6. Inst. de

Testament. ord. Colleg. Argent. sub eod. tit. ff. n. 12. Farinac. d. loc. n. 57. per ibi alleg. autores, vel saltem non magis in uno, quam in altero sexu. Farinac. n. 58. Secus si prævaleat in masculino, quia tunc masculo æquiparatur, àque testificando non repellitur. dd. loc.

VI. (2) In Testamento condito à Rustico & in rure. Mascard. d. loc. n. 5. Joh. Crot. tract. de Testib. part. 1. n. 5. Alex. d. loc. n. 6. versic. nec etiam prædictis obstat. & in Consil. 70. n. 16. eod. vol. in quo, licet à jure sit diminutus numerus testium, tamen quoad ipsorum idoneitatem nihil reperitur imminutum: igitur, quod non est imminutum, attendi debet. l. 27. C. de Testament. l. 32. §. ult. C. de Appellat. Farinac. de loc. n. 62. Berlich. Conclus. 5. de Testamento tempore pestis factio. n. 27.

VII. (3) In Testamento, in quo sunt instituti venientes ab intestato. Mascard. d. loc. n. 6. Farinac. d. loc. n. 63. Joseph. Ludovic. in suis commun. opinion. Conclus. 69.

VIII. Contra Testimonium foeminarum recipit (1) Testamentum factum à Principe, in quo testimonium foemineum æque valet, ac testimonium masculorum. Princeps enim nullas, nisi meri Juris Gentium solemnitates in condendo suo ultimo elogio observare tenetur, teste Besold. Consil. 273. n. 21. Conrad. Von Einsiedel. tract. de Regalib. cap. 2. n. 11. 12. per l. ex imperfecto 3. C. de Testament. ibique Gothofr. cujus fundamentum est Lex Regia, hujus fit mentio §. fin. Inst. Quib. mod. testam. infirm. & l. 31. ff. de LL. Imo Principis præsentia omnes solemnitates supplet. l. 19. C. de Testament. Et licet nonnulli Dd. quos etiam Besold. d. loc. recenset, Principem nulla præ eminentia frui, sed potius activè & passivè simul in ultimo arbitrio jure privati uti velint, hæc tamen sententia à Frider. Pruckman. in tract. de Regalib. §. soluta potestas. refutatur, illaque acriter defenditur, proinde ergo in tali  
testa-

testamento duarum modo foeminarum sufficiens erit testimo-  
nium Besold. d. loc. n. 23.

IX. (2) Licet de sexu testium ad Codicillos adhiben-  
dorum in jure Justiniano nihil exprimatur, mulierem tamen  
in his posse esse testem, nullus dubitat. l. 1. §. 1. l. 18. ff. de Testib.  
l. 20. §. 6. ff. de Testament. ibique Gothofr. Schneidvvin. ad §.  
testes 6. Inst. eod. n. 3. & ad §. 1. de Codicill. n. 37. Eckholt. ad tit.  
ff. de Testament. §. 27. & ad tit. ff. de Jur. codicill. §. 9. Colleg.  
Arg. ibid. n. 15. Brunnem. ad l. ex eo 18. ff. de Testib. ad l. qui  
testamento 20. ff. de Testament. n. 5. ad rubr. ff. de Jur. codi-  
cill. n. 2. & ad l. ult. §. ult. C. eod. Struv. Syntagm. Jur. Civil.  
Exerc. 34. th. 58. Mascard. de Probat. Conclus. 308. n. 6. vol. 1. &  
concl. 764. n. 7. vol. 2. Farinac. de Testib. Quæst. 59. n. 64. Gloss.  
in l. fin. in verb. quinque testes. C. de Codicill. Bartol. in l. qui  
testamento 20. §. eum qui 5. & seq. ff. de Testament. Donell.  
lib. 7. c. 19. lit. F. Francisc. Barry in tract. de Success. lib. 1. tit. 1. n.  
10. 13. Nepos à Mont. Alban. tract. de Testib. n. 65. 66. Nell. à  
S. Gemin. eod. tract. vers. mulier. n. 32. Jacob. Aegid. eod. tract. n.  
5. vers. in Codicillis. Crot. eod. tract. part. 1. n. 6. Carpz. P. 3. Cont.  
4. def. 36. Cacialup. de Feud. cognit. art. 6. n. 2. & mulieres etiam  
solas nec viris adjunctas posse testes ad ordinationem Co-  
dicillorum adhiberi. Mejer. in Colleg. Arg. ad tit. ff. de Jure Co-  
dicill. th. 15. Vasquius de Successuum Creatione §. 12. n. 68. & §.  
15. n. 43. & de Success. Progressu §. 30. n. 13. non quidem adeo  
ob illam rationem, quasi in Codicillis testes probationis tan-  
tum, in qua sententia est Wesenb. in  $\pi$ . ff. eod. n. 4. Hahn. ibid.  
Pac. in Analys. C. eod. n. 6. Struv. d. Exerc. 34. th. 48. non. etiam  
ordinationis gratia adhibeantur: id enim nulla expressa lege  
aut ratione satis idonea probari potest, (quæ ex l. hac con-  
sultissima 8. in pr. versic. quæ in eundem. C. Qui testam. facer.  
posf. & ex §. ult. Inst. de Codicill. objiciuntur, levia saltem sunt,  
non in ista lege generaliter præcipit Justinianus eundem mo-

dum in Codicillis adhiberi, qui in testamentis adhibetur, sed specialiter in persona cœci, codicillos facere volentis, id fieri posse statuit. Eckholt. ad tit. ff. de Jur. Codicill. §. 9. ad §. ult. Inst. Resp. Nullam solemnitatem ordinationis testamentariam scilicet desiderari. Colleg. Arg. eod. n. 14.) sed potius quia mulier regulariter testis esse potest, & ne esset, in testamento, peculiariter excipienda fuit. d. l. 20. §. 6. de Testam. & l. 18. de Testib. cujusmodi exceptio in Codicillis non habetur. Quod si enim exceptio facit, ne liceat, ibi necesse est licere, ubi non est exceptum, exceptio enim regulam firmat in casibus non exceptis. Hinc notandum, quod, cum hodiè in Testamentis communiter apponatur clausula codicillaris, in casu, in quo testamentum sustinetur vigore dictæ clausulæ in vim codicillorum, non vitietur, si testes fœminæ adhibitæ fuerint. Farinac. d. loc. n. 66. Brunnem. ad. d. rubr. ff. de Jur. codic. n. 3. Jason. in l. fin. C. eod. n. 17. Aretin. in §. testes 6. Inst. de Testam. ordin. n. 1. Campeg. de Testib. Reg. 124. sub 2. fallent. versis. secus si in testamento esset adjecta clausula codicillaris. Quod dictum de Codicillis, idem affirmandum de Legatis. Eckholt. ad tit. ff. de Testament. §. 27. Carpz. d. loc. Glosf. in. d. l. fin. Bartol. d. loc.

X. (3) Potest mulier adhiberi in testamento condito ad pias causas. Schneidvvin. ad §. testes 6. Just. de Testam. ordin. Brunnem. ad d. l. ex eo. 18. n. 2. Mascard. d. Concl. 764. n. 10. & concl. 1177. n. 14. vol. 3. Farinac. d. loc. n. 70. Card. Mantic. de Conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 3. n. 5. Andr. Tiraqv. de Privileg. piar. caus. privileg. 5. T. 5. Dubium tamen movetur hîc per l. 13. C. de SS. Eccles. ibi Gotthofr. & non nullos alios, quos refert Joh. Crot. de loc. n. 8. vers. contrarium. asserentes, non valere tale testamentum, nisi adhibitis Juris solemnitatibus, testibus omni exceptione majoribus, cujusmodi mulieres non sunt; verum quoniam in hoc testamento videtur cessare suspicio falsi, Mascard. d. Concl. 1177. Card. Mantic. d. loc. propter

pter quam lex civilis istas solemnitates introduxit. l. ult. C. de Fidei-Commis. & illud ex jure naturali & Divino regitur. Mascard. d. conclus. 764. Card. Mantic. d. loc. n. 4. & Tiraqv. d. loc. Jus Saxonicum rejectis solemnitatibus Juris Civilis hac in parte ubique in praxi observatur. Mascard. Farinac. Card. Mantic. Tiraqv. dd. loc. Marc. Anton. Baver. in §. testes 6. Inst. de Testam. ordin. qui abundè materiam istam examinat, contrariasque opiniones conciliat. Vid. etiam Abb. in c. forus 10. de VS. n. 4. lit. D. vers. & ad de, quod licet regulariter. Alexand. Consil. 102. n. 7. lib. 2. Dec. in l. fœminæ 2. ff. de R. J. n. 27. 28. ubi Resp. Contrariis. Campeg. d. loc. in 4. fallent. Crot. d. loc. & Judex secularis debet in hoc sacros canones sequi, licet quoad temporalia Romanæ Ecclesiæ non sit subjectus. Card. Mantic. d. loc.

XI. (4) In Testamento à Patre inter liberos condito, quia jure naturali mulieres, ut etiam th. præced. dictum non reperiuntur prohibitæ, sed solum de Jure Civili. Triaque d. loc. in tali vero testamento consideratur Jus Gentium, juxta illud: In ore duorum aut trium stet omne verbum. Mascard. d. loc. n. 8. Imo testamentum hoc nullos desiderare testes (quod autem juxta Colleg. Jur. Arg. sub tit. ff. de Testam. milit. n. 15. opinionem magis communi, quam juris nititur testimonio) modo de voluntate constet, ponit Struv. Syntag. Jur. Civ. Exerc. 32. th. 18. & quibuscunque verbis probari potest. l. ult. C. Famil. ercisc. multò magis id fieri potest testibus fœminis. Schneidvv. d. loc. Hahn. ad Wesenb. ff. eod. n. 10. Brunnem. ad l. ex eo 18. & ad l. hac consultissima 21. C. de Testament. ibique Gothofr. ad §. 1. Mascard. d. loc. Farinac. d. loc. n. 68. Andr. Tiraqv. d. loc. Glosf. in auth. quod sine C. de Testament. Hier. Pautschman. lib. 2. quæst. 1. & seqq. Lanfranc. ab Orian. tract. de Testib. n. 77. Jacobin. de S. Georg. in l. ex eo. 18. ff. de Testib. n. 3. vers. item potest esse testis. Imol. ff. de Testament.

n. 1.

n.1. Dec. in l. foeminae 2. ff. de R. J. n. 29. versic. & quod supra dictum est, & n. 20. in fin. versic. & quod. possit mulier. Campeg. d. loc. n. 7. Tiraqv. de Leg. connub. l. 9. n. 59. Bocer. Clasf. 3. Disput. 2. th. 64. Hartman. Pistor. Part. 1. quaest. 1. n. 3. Carpz. part. 3. Const. 4. def. 15. n. 6. Hocque procedit non modo si una tantum ex his duobus testibus sit foemina, sed etiam si utraque, Hartman. Pistor. d. loc. Covarruv. in cap. relatum II. x. de Testament. sed non nisi inter liberos legitimos & naturales. Mascard. d. loc. n. 9. Farinac. d. loc. n. 69. verumtamen recte inter naturales in testamento condito a matre. Brunnem. ad §. 1. & auth. quod. sine. d. l. hac consultissima 21.

XII. Quid in praecedenti obtinere diximus, idem etiam (§) in Testamento militis locum habet, nam & in hoc remissa est solemnitas Juris positivi pr. & §. 1. Inst. de Testament. milit. ibique Schneidvin. n. 15. l. 1. ff. eod. & ibi Brunnem. ad rubr. adeo, ut quocunque modo vult & potest, militi testari sit licitum. Eckholt. eod. tit. §. 3. Colleg. Arg. eod. n. 1. Schnobel. Disp. XVI. th. 29. Struv. Exerc. 34. th. 2. Wesenb. π. ff. de Testam. milit. n. 2. & hinc est, quod Paulus Jctus Resp. l. 34. §. ult. ff. eod. Voluntatem militis testamentum ejus esse l. 40. ff. l. 1. C. eod. si modo de ejus voluntate constet, animoque testamentum faciendi verba protulerit. Eckholt. Schnobel. Struv. dd. loc. Brunnem. ad l. 1. C. de Testam. milit. sive ea in vagina, sive clypeo, aut quacunque alia materia sanguine suo annotaverit; ergo duorum in hujusmodi testamento testium dictio, etiam foeminarum erit sufficiens. Mascard. d. loc. n. 12. ubi Petr. Duen. in Reg. 314. in l. limit. sic ratiocinantem sequutus est. vid. Barthol. in d. l. hac consultissima 21. Gloss. in d. auth. quod sine. Schneidvin. ad §. testes 6. Inst. de Testam. ordin. Colleg. Arg. d. loc. Brunnem. ad d. l. Lucius 40. ff. de Testam. milit. Farinac. d. loc. n. 71. Hillig. ad Donell. lib. 6. c. 28. lit. U. Dec. d. n. 29. in fin. vers. & pari ratione. Ripa in tract. de Peste in rubr. de Privileg.



leg. ultim. volunt. n. 24. Campeg. d. loc in 3. fallent. Claud.  
Coter. de jure & Privilegiis militum. l. 2. c. 15. 16, 17, 18. ubi mul-  
tis de hac materia agitur. Verum ita testari non omnibus  
indifferenter militibus est concessum, sed iis duntaxat, qui  
sunt in expeditione & castris. pr. & §. 3. Inst. de Milit. testam.  
ibique Schneidvv. n. 14. l. pen. C. eod. hoc est, ubicunque  
est periculum hostium Eckholt. d. loc. §. 6. Wesenb. d. loc. n. 3.  
Hahn. ibid. Colleg. Argent. d. loc. n. 3. Struv. d. Disp. th. 3. Recesf.  
Imperii. de Anno 1512. rubr. **Von den Notarien. §. Von**  
**Testamenten vers. und sollen.** Reliqui extra periculum con-  
stituti, item Veterani post missionem communi omnium ju-  
re testamentum facere debent. d. §. 3. Struv. d. Disp. th. 6. ces-  
sante enim ratione privilegii, exolet quoque privilegia  
ipsam. arg. l. 87. §. 1. ff. de Legat. 2. l. 52. C. de Episc. & Cleric. Col-  
leg. Arg. d. loc. n. 4. Card. Mantica. de Conject. ultim. volunt. lib.  
6. tit. 1. n. 24. quod verò ante missionem in castris tali modo  
fecerunt, post missionem honestam, vel causariam, non igno-  
miniosam intra annum tantum valebit proximum. d. §. 3. l. 26.  
ibi Brunnem. l. 38. ff. l. 5. ibique Brunnem. C. eod. l. 40. l. 92. ff.  
Ad L. Falcid. Carpz. P. 3. Const. 4. def. 5. n. 4. Colleg. Arg. d. loc. n.  
14. Pac. Analys. ad tit. C. de Testam. milit. n. 3. Imo ejusmodi  
etiam testamentum ante militiam factum valet, si postea in  
expeditione degens resignavit illud, & quædam adjecit vel  
detraxit, ut sic de ejus voluntate constet. §. 4. Inst. d. tit. ibique  
Schneidvv. n. 22. l. 9. §. 1. l. 20. §. 1. l. 38. in fin. ff. eod. Struv. d. Disp.  
th. 5. Hujus privilegii compotes etiam sunt omnes omnino pa-  
gani, qui in ipso conflictu, procinctu vel hosticulo sunt. l. ult.  
d. tit. l. un. ff. de Honor. possess. ex testam. milit. Colleg. Arg. d.  
loc. n. 3. quales sunt Clerici in bello, Medici & Consilarii, nec  
non mercatores bellici. Eckholt d. loc. §. 7. Brunnem. ad d. l.  
ult. n. 7. & ad l. scriniarios 16. C. eod. Sed participes ne adhuc  
sunt

sunt istius privilegii? Sic, omnia ista militibus competere hodiernis affirmat Schneidvvin. d. loc. n. 8. Eckholt. d. loc. Schoebel. d. Disp. th. 24. Sichard. ad rubr. C. de Testam. milit. Glosf. Barthol. & multi alii in l. filiusfam. 8. §. veteraroni 2. ff. de Procurat. Alex. in l. centurio 15. ff. de Vulgar. & pupill. substit. n. 23. ibid. comm. Dd. Bald. in l. 1. in fin. C. Qui boni. ceder. poss. Zas. Consil. 6. n. 20. cum seqq. vol. 1. causa enim & ratio, propter quam illis antiquitus concessa sunt hæc amplissima privilegia, eadem est, nempe ut curis soluti omnibus pro defensione Romani Imperii & Religionis armis operam darent. arg. l. 3. C. de Fabricens. l. 31. C. de Locat. & conduct. l. 1. ff. de Testam. milit. præterea nec Jure civili eadem illis denegata esse legitur; quod autem mutatum non est, vel abrogatum, quare stare prohibetur? l. 27. ibique Gothofr. C. de Testament. l. 32. §. fin: ibique Gothofr. & Brunnem. C. de Appellat. vagantes verbò milites, qui vulgò *Brod- und Herrlose Knecht* dicuntur, iisdem minimè frui possunt. Reces. Imperii zu Augspurg de Anno 1555. §. es sollen auch 38. & §. seq.

XIII. Quamquam in testamento tempore pestis condito Jure Civili de solemnitatibus ordinariis, præter consociationem, ut nimirum alter post alterum possit vocari & adesse, nihil remissum l. 8. C. de Testament. Francisc. Barty de Succession. lib. 1. tit. 2. n. 8. in fin. & ideo fœminas in illo testes esse non posse, dicendum videatur, juxta Alex. Consil. 70. n. 16. lib. 2. nec non Grammatic. decis. 62. n. 16. Ripa. de Peste rubr. de Privileg. ultim. volunt. n. 19. verb. contrariam sententiã per l. præcipimus 32. C. de Appellat. Jul. Clar. 3. Sentent. §. testamentum. quæst. 55. & quoque propterea, quia specialia non sunt multiplicanda l. 35. C. de In off. testam. Contrarium tamen magis arridet, quia quando in probatione alicujus actus non possunt haberi testes idonei habitu, nec actu, admittuntur etiam in subsidium testes minus idonei. Berlich. P. 3. Conclus. 5. n. 27, 28. Ea ratio,

ratio, ubi singularia non sunt multiplicanda, tantum obtinet de Jure Civili, secus de Jure Gentium, praesertim si per hoc ad pristinam formam Juris Gentium redeatur. Berlich. d. loc. jam autem tempore pestis solemnitas Juris Civilis in testamentis, quoad testes quiescit & tantum modo Jus Gentium observatur. Carpz. d. loc. def. 6. n. 6. Jas. in l. ult. C. de Testament. Ergo hic foeminae ad testimonium ferendum pro idoneis & fide dignis personis habentur. Carpz. d. loc. n. 5. per l. 20. §. mulier off. eod. Speculat. lib. 1. part. 4. tit. de teste §. 1. n. 53. Didac. Covarruv. ad cap. relatum ix. x. de Testament. n. 7. item in communi ista praxi, moribus, consuetudineque observari, testatur Carpz. Berlich. dd. loc. Brunnem. ad l. qui testamento 20. ff. de Testament. n. 6. Struv. Exerc. 32. th. 21. Farinac. d. loc. n. 72. Mascard. d. loc. n. 13. Cothman. Consil. 13. n. 81. vol. 3.

XIV. (7) Potest adhiberi foemina in testem in Mortis causa Donatione. Farinac. d. loc. n. 67. Aret. in §. testes 6. Inst. de Testament. n. 1. Eckholt. ad tit. ff. de Mort. casu. donat. §. 4. Carpz. P. 3. Const. 1. def. 30. Donationes enim mortis causa per omnia ferè legatis & codicillis æquiparantur §. 1. Inst. de Donation. l. 15. l. 17. in fin. ff. de Mort. caus. donat. quare, sicuti mulier testis esse potest in legatis & Codicillis, ita & Donatio mortis causa coram quinque testibus mulieribus facta, valida est. Carpz. d. loc.

XV. Testimonium tandem foeminarum probandi quaque habebit vires, ubi agitur de declaranda ambigua testatoris voluntate. Card. Mantica. de Conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 13. & lib. 12. tit. 16. n. 2. Oldrad. Consil. 297. Natt. in l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto l. C. de Testament. n. 173. tunc enim nuda tantummodo inspicitur probatio. Joseph. Mascard. d. concl. 764. n. 17. per Marc. Anton. in d. §. ex imperfecto l. n. 173. in fin. Farinac. d. loc. n. 76. per Duen. in Reg. 314. in 4. limit. Corrad. in Pract. §. 2. de Offic. Prator. in caus. civil. tit. de Testib.

lib. rubr. personas testium aggrediendo. verb. mulier. n. 75.  
fol. 105. col. 1. in 4. fallent. nec non ubi agitur de probando con-  
trariam voluntatem testatoris, prioris voluntatis revocato-  
riam, ut fuit decisum à Bald. in Consil. 39. cujus exordium est:  
Factum super quo consilium petitur. n. 3. vers. præterea ad  
probandum. vol. 2. quem sequitur Marc. Anton. d. loc. n. 174.  
Natt. d. loc. n. 174. Marc. Anton. Baver. in §. testes 6. Inst. de Te-  
stam. Duen. d. Reg. in §. limit. Mascard. d. loc. n. 18. Farinac. d.  
loc. n. 77. Hoc quoque procedere, quando amisso testamento,  
de ejus contentis agitur, vult Brunnem. ad l. ex eo 18. ff. de Te-  
stib. in fin. Vid. infr. th. XXII.

XVI. Quemadmodum Testamentum propterea non  
fit inutile, quod servus, qui alias testis esse nequit §. 6. Inst. de  
Testam. ordin. l. 20. §. 7. ff. eod. si eo tempore, quo testamen-  
tum signabatur, omnium consensu pro libero habitus, nec  
status controversiam à quoquam passus, in testem adhibitus,  
licet postea servus appareat §. 7. Inst. d. tit. quia conditio testis  
spectatur, cum signat testamentum, non cum testator mori-  
tur l. 22. §. 1. ff. eod. l. 1. C. eod. Bocer. Disp. de Testamenti So-  
lemnitate. th. II. sic foemina, quæ communiter reputatur pro  
viro, donec verus ejus detegatur sexus, adhibita in testamen-  
to pro teste, erit idonea, sicut si esset vir d. l. 22. §. 1. Farinac. d.  
loc. n. ult. Joseph. Ludov. in suis commun. opinion. Conclus.  
69. & testamentum deinde ex post facto non vitatur, ratio  
est, ne justa ignorantia testatori noceat, hinc, quando de vali-  
ditate actus sermo est, non semper inspicitur veritas, sed opi-  
nio, & sic verum est, errorem facti Jus facere, non per se, sed  
per accidens & occasionaliter. Brunnem. ad l. Barbarius 3. ff. de  
Offic. Prator. Hinc ergò concludunt communiter Dd. ad va-  
liditatem testamenti sufficere non tantum habilitatem testi-  
um veram, sed etiam putativam. vid. Brunnem. ad l. 1. C. de  
Testament. Card. Mantic. de Conject. ult. volunt. lib. 2. tit.  
10. num. 1.

XVII.

XVII. Secundo loco Fœminarum testimonium Cau-  
 sã rejiciunt Feudales 2. Feud. tit. 32. vers. de veteri 4. Feud. tit. 57.  
 Wesenb. ꝑ. ff. de Testib. n. 3. Colleg. Arg. cod. tit. n. 6. Brun-  
 nem. ad l. ex eo 18. ff. cod. n. 1. Jodoc. Damhouder. Pract. rer.  
 criminal. c. 50. n. 24. Mascard. de Probat. Concl. 765. n. 2. &  
 concl. 770. n. 3. vol. 2. Rom. in l. admonendi 31. ff. de jurejur.  
 n. 119. Jason. in l. si quis agere 8. C. de Codicill. n. 19. & in l. hac  
 consultissima 21. in pr. C. de Testament. Jacobin. à S. Georg. in  
 l. ex eo 18. ff. de Testib. n. 2. Gothofr. ad eand. l. Dec. in l. fœmi-  
 nã 2. ff. de R. J. n. 36. Tiraque. de Leg. connub. in l. 9. n. 65. cum  
 in illis testes requirantur summã & integrã opinionis. Farinac.  
 d. loc. n. 39. per d. tit. 57. lib. 4. Feud. Felyn. in cap. quoniam  
 3. vers. fallit primò x. de Testib. Cacialup. in tract. de Feudor.  
 cognit. arr. 6. n. 2. Guil. Benedicti in repetit. cap. Raynutius 17.  
 in verb. duas habens filias x. de Testament. n. 30. Cat. Saccus in  
 repetit. l. admonendi 31. ff. de jurejur. Joan. Feder. in §. testes. 6.  
 Inst. de Testament. Abb. in c. forus. 10. x. de VS. n. 4. lit. D. versic.  
 item adde, quod mulier non admittitur. Aufrer. de Testib. n.  
 96. in fin. Jodoc. Damhouder. d. loc. omnique exceptione Ma-  
 jores. Card. Mantica. de Tacit. & ambig. convent. lib. 23. tit. 5. n.  
 9. per Cravett. Consil. 44. n. 1. & consil. 249. n. 14. imò non nudã  
 probationis, sed & solemnitatis causa intervenire, dicit Struv.  
 Syntagm. Jur. Feud. c. 8. aphor. 5. n. 2. Verum enim vero non  
 habet hoc locum in fœmina illustri feuda sub se & castra ha-  
 bente, talis enim in causa feudali testis esse potest. Farinac. d.  
 loc. n. 40. Mascard. d. loc. n. 3. Matth. ab Afflict. de Controvers.  
 invest. c. 1. n. 39. & c. 1. quod test. sunt necess. aut proband. feud.  
 invest. motus ex iis. quã notaverè Cyn. & Bald. in l. ult. C. d.  
 Recept. arbitr. vid. etiam, quã observat Ang. in l. cum Prator.  
 12. ff. de Judic.

XIIX. Tertio loco probat Testimonium Fœminarum  
 in Causis quibusdam Criminalibus; Sed si jura Pontificia se-  
 quamur,

C 3

quamur,

quamur, istas in omnibus fere processibus criminalibus criminaliter institutis (exceptis paucis quibusdam casibus, e.g. cum de Crimine contra Cleri cum agitur, cap. 3. x. de Testib. Gottofr. ad l. 18. ff. eod. Mascard. de Probat. Conclus. 463. n. 14. vol. 1. in Crimine læsæ Majestatis Abb. in cap. 1. x. de Confess. n. 5. vers. fallit in crimine læsæ Majestat. & in cap. fin. x. de Testib. & in cap. licet Heli 31. x. de Simon, n. 10. vers. nota, quod in crimine; & alii, quos refert Mascard. d. loc. n. 1. seq. in Crimine hæresis, Simonia & paucis quibusdam aliis, Farinac. de Testib. d. quaest. 59. n. 10, 11. per cap. tanta 7. & cap. per tuas 32. x. de Simon. reliquosque ibi enumeratos JGros, ubi in subsidium foeminae, si veritas aliter haberi non potest, admittuntur, Berlich. Concl. 5. de Testamento tempore pestis facto. n. 28. per ibi allegata) repellendas esse foret dicendum. cap. 10. x. de VS. 33. quaest. 5. can. 17. Bocer. Clasf. 6. Disp. 23. th. 23. Alber. de Rosat. in l. qui testamento 20. §. mulier 6. ff. de Testament. Florian. à S. Petr. in l. ex eo 18. ff. de Testib. & ibi Jacob. de S. Georg. n. 4. Fab. Ang. Arct. in §. testes 6. Inst. de Testam. ordin. Rom. in repetit. d. l. admonendi 31. ff. de Jurejur. n. 119. Abb. in d. cap. forus 10. x. de VS. & in cap. quoniam 3. x. de Testib. Tiraqv. de Leg. connub. d. l. 9. n. 61. Jo Igne in l. 1. §. juxta. 28. ff. Ad SC. Silan. Alex. in Consil. 19. n. 1. lib. 1. & in Consil. 64. n. 4. eod. lib. Nepos à Mont. Alb. tract. de Testib. n. 63. Jac. Butrigar. eod. tract. n. 30. Jacob. Ægid. eod. tract. n. 5. Frider. Schenck. eodem tract. n. 38. vers. in criminalibus autem. Lanfran. ab Orian. eod. tract. n. 77. Joh. Oldendorp. eod. tract. c. 4. n. 35. Dec. in d. l. foeminae 2. ff. de R. J. n. 33 34. Jodoc. Damhouder. Pract. rer. Criminal. d. c. 50. n. 23. Marsil. Cons. 22. n. 1. & seq. Anton. Gometz. var. resolut. tom. 3. cap. 12. rubr. de Probat. delict. n. 13. & alii, quos recenset Farinac. d. loc. n. 1. propterea, quod ut plurimum vel de membri abscissione, vel morte, vel alio poenæ pravioris genere agatur, & quod foeminae plerumque soleant esse fraudulentæ,

dulentæ, fallaces dolosæ, mendaces, perjuræ, mutabiles, fragiles, variæ & corruptibiles, ut testatur Mascard. de Probat. Conclus. 763. n. 3. Farinac. d. loc. n. 4. Verum quoniam Jus Canonicum in terris Imperii in plerisque causis, præsertim Criminalibus non observatur, teste Schnobel. Disp. 16. h. 9. Clar. 3. Sent. §. testamentum qv. 57. num. 2. Besold. Part. 3. Conclus. 110. n. 97. & de Jure quoque Civili probationes in illis luce meridiana clariores, a que personis fide dignis sive testibus idoneis, ut dicitur in l. fin. C. de Probat. ibique Gothofr. prolata esse debent, videamus, quatenus de Jure Civili ad Testimonium hic mulieres admittantur, memores methodus supra in fin. th. 4. propositæ.

XIX. In dubium itaque Testimonium Foeminarum vocatur in Causa Adulterii; Besold. Consil. 110. n. 17. referendo alios; inque illis causis criminalibus, in quibus pœna mortis, aut aliqua alia membri abscissionis, aut corporalis imponitur, propter magnitudinem præjudicii, per Autores in th. præced. allegatos. Vid. Mascard. d. concl. n. 13. seqq. Farinac. d. quæst. cas. 1. Huic rursus totam Legistarum reclamare cohortem putat Tiraqv. de Leg. connub. l. 1. n. 62. in fin. vers. cui tamen opinioni, vid. Mascard. & Farinac. dd. loc. communemque ipsius Tiraquelli contrariam opinionem, dixit Jacobin. de S. Georg. in l. ex eo 18. ff. de Testib. n. 4. & ab ea in consulendo aut judicando minime recedendum, Anton. Gometz. variar. resolut. tom. 3. c. 12. rubr. de Probat. delict. n. 13. vers. sed his non obstantibus. Alios refert Clar. lib. 5. in Practic. §. fin. qv. 24. vers. adde quod 3. His dissentientibus respondet Farinac. d. loc. n. 23. & 26. tali modo: Foemina quidem de Jure Civili in his admittitur, hoc tamen casu non potest dici integræ fidei & testis omni exceptione major. Sic etiam voluerunt Capolla. Conf. crim. 32. n. 2. & 3. Alex. Consil. 70. n. 14. vers. bene facit. lib. 2. Dec. d. loc. n. 35. vers. & casu quo mulier. Cephal. Ferraricens.

ens. Confil. 233. n. 23. lib. 2. Hinc in Criminalibus duas foeminas non plenè probare delictum ad effectum condemnandi Reum vult Dec. d. loc. n. 36. vers. & non sunt integri testes; Imo nec mulierum numerus defectum sexus supplet, ita ut tres foeminae in capitalibus, & ubi agitur de poena mortis imponenda reum convincere possint. Farinac. d. loc. n. 27. 28. 29.

XX. In caeteris criminibus omnibus tam criminaliter, quam civiliter institutis foeminae honestae, probataeque vitae à testimonio nullo modo arceri possunt. Schneidvvin, ad §. testes 6. Inst. de testam. ordin. n. 4. Wesenb. 7. ff. de Testib. n. 3. Colleg. Arg. eod. n. 6. Brunnem. ad d. l. ex eo 18. eod. n. 2. Jodoc. Damhouder. Pract. rer. criminal. c. 50. n. 23. Mascard. d. Conclus. 763. Farinac. d. Quæst. 59. Card. Tusch. Concl. 195. n. 2, 3, 4. & concl. 196. Besold. d. Confil. 110. n. 96. Alex. Confil. 11. n. 6. lib. 1. & consil. 115. n. 11. vol. 4. Nepos à. Mont. Alb. tract. de Testib. n. 66. Frider. Schenk. eod. tract. n. 38. Cœpoll. d. loc. aliique ferè innumerabiles, quorum partem recenset Farinac. d. loc. moti argumento l. 18. ff. de Testib. & l. 20. §. 6. ff. de Testament. à contrario sensu ad hunc modum deducto: Si mulier iudicio damnata à testimonio ferendo arceatur, non condemnata ad illud ferendum admittitur, (quod maximopere defendit. Card. Mantie. de Conject. ultim. volunt. lib. 3. c. 15. & 16.) hac tamen cum distinctione, ut in criminibus criminaliter intentatis, & ubi poena applicanda venit fisco, quia causa tum dicitur criminalis, Mascard. d. loc. n. 9. & 10. Farinac. d. loc. n. 6. non sint omni exceptione majores, quemadmodum in th. proxime præcedenti dictum est.

XXI. Perlustravimus hætenus muliebri testimonium quid valeat in Criminalibus, quid in Causis Feudalibus materiaque testamentaria; Dantur adhuc alii quidam perpauci casus civiles (nam regulariter in istis mulier admittitur, eod.



eod. argumento l. 20. §. 6. ff. de Testament. à contrario sensu  
desumpto, adeo ut in civilibus causis admittitur in testem foemi-  
na, integræ reputetur fidei, omnique exceptione major, ut e-  
tiam actori per unam mulierem intentionem suam probanti  
juramentum in supplementum probationis deferri possit.  
Farinac. d. loc. n. 35. 36. exceptis causis arduis, magnæque quan-  
tatis, nec non matrimonialibus ubi scilicet de illius dissolu-  
tione agitur. n. 38. Vid. tamen Mascard. de Probat. Concl. 1365.  
n. 31. vol. 4. Speculat. in tit. de Test. §. opponitur. l. n. 83. ) in qui-  
bus ea repudiantur, e. g. in casu l. ii. C. qui potior. in pignor. hab.  
in scriptura scilicet privata tribus testibus subscribenda. Bald.  
in d. l. n. 4. vers. not. optimum textum, Jason. in l. si quis id quod  
7. ff. de Jurisdic. limit. 10. n. 20. Dec. in l. foemina 2. ff. de R. J. n.  
32, 33. Hieron. Cochal. in addit. ad Dec. d. loc. lit. B. in verb.  
scriptura. Mascard. de Probat. Conclus. 765. n. 5. vol. 2. & Con-  
clus. 1301. n. 23. vol. 4. Alexand. ad Bartol. in l. qui testamento 20.  
§. eum qui ff. de Testament. lit. B. vers. & adde quod mulier.  
Socin. Reg. 419. in pr. Marfil. singul. 611. Curt. Sen. in repetit. l.  
si quis major. 41. C. de Transaction. Hieron. Zannet. in tract.  
different. Juris Canon. & Civ. different. 38. Aym. de Antiq.  
tempor. part. 1. §. quæritur etiam in hac materia. n. 34. seqq. Ti-  
raqv. de Leg. connub. l. 9. n. 69. Duen. Reg. 313. in 3. limit. Co-  
varruv. Pract. quæst. c. 22. n. 5. vers. primum illud constat. Farinae.  
d. loc. n. 41. Addit Mascard. d. loc. n. 6. per Catellian. Cott. ibi  
citato loco hanc rationem: Quod in his scripturis privatis  
desunt aliæ solemnitates, quæ in publicis solent facere fidem,  
ideo in hoc casu lex magis fidei maribus, quam foeminis. Con-  
trariam qui sententiam svadere volunt, videri poterunt apud  
Farinac. d. loc. n. 42. & Mascard. d. loc. n. 7. Quomodo verò istæ  
contrariæ opiniones conciliandæ, Respond. Farinac. n. 43. &  
Mascard. d. loc. tali modo: Ista ex d. l. ii. procedunt, quando

D

con-

VIXX

contenditur de hypotheca cum alio, habente publicum instrumentum, secus si de tali prioritate & potioritate non disputatur, quia tunc nihil est, quod foeminam in scriptura privata posse esse testem impediatur, quod & in specie vult Covarruv. d. loc. vers. quibus ipse responderem.

XXII. Deinde nec mulieres admitti ad probandum tenorem instrumenti deperditi tradit Farinac. d. loc. n. 44. Mascard. de Probat. d. Conclus. n. 8. per Bartol. in l. 1. ff. Si cert. petet. nisi sint peritæ. Farinac. d. loc. n. 46. Mascard. d. l. n. 9. quia ad hujusmodi probationem testes debent esse non solum boni & idonei, sed etiam valdè periti, instrumenti scilicet defectus & literas Notarii cognoscentes. Farinac. d. n. 44. quamobrem receptum esse, ut ne viri quidem instrumenti tenorem probent, nisi periti sint & literati, testantur Dec. in cap. quoniam contra II. x. de Probat. & in Consil. 215. in causa verrente n. 1. Lanfranc. ab Orian. in Prax. c. 9. n. 49. Mascard. de Probat. Conclus. 32. n. 29. vol. 1. & Conclus. 910. n. 6. vol. 2. Itemque per foeminas non posse probari Aepocham ponit Mascard. Concl. 110. n. 22. per Bald. in d. l. scripturas II. per textum in verb. trium virorum. C. Qui potior. in pignor. hab.

XXIII. Tandem nullas in Contractibus recipi in testes, vult Farinac. d. Quæst. n. 47. per Aretin. in §. testes 6. Inst. de Testam. ordin. n. 1. vers. nec in contractibus. quanquam ipso referente, mulierem non prohiberi, dixerit Bald. in d. l. scripturas II. n. 4. in fin. vers. isto ergo casu. interim tamen, se non vidisse instrumentum sive contractum, in quo foeminae sint in testes adhibitæ, quoniam ipse Farinac. n. seq. fatetur, innotescit harum testimonia in his esse rara; Rectè ergo, meliusque opinor, sibi prospicient isti, qui ab illarum testimoniis, quando copia virorum haberi potest, abstinent.

XXIV.

XXIV. Dictum hucusque de Testimonio Foeminarum, integræ quæ sunt famæ, jam ut assertioni in principio nostræ disputationis factæ, ubi sub voce foeminarum etiam vitiatas comprehendi monuimus, satisfaciamus operæ pretium erit, pauca quædam de Meretricum, Adulterii; damnatarum, earumque foeminarum, quæ sunt infames, quæque non sunt probatæ vitæ, opinionis, honestæ ac bonæ conversationis, brevius quoad fieri possit, differere. Testimonium itaque illarum, quin sit invalidum, est extra omne dubium; hocque non solum, procedit in Criminalibus. Jason. in l. cunctos populos. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Alex. Consil. II. n. 1. vers. sed publica meretrix. lib. 1. Jodoc. Damhouder Pract. rer criminal. c. 50. rubr. de Reprob. test. n. 26. Gig. de Crimin. l. 1. Majest. lib. 2. rubr. Quomodo & per quos crim. l. 1. Majest. prob. quæst. 13. n. 1. Conrad. in Pract. §. 2. de Offic. Præter. in caus. civil. tit. de Testib. rubr. personas testium aggrediendo. verb. Leno & meretrix. vers. & in criminalibus communis est opinio n. 18. fol. 80. Clar. lib. 5. in pract. crim. §. fin. q. 24. vers. item meretrix 14. Mascard. de Probat. Concl. 763. n. 20. vol. 2. & Conclus. 1068. n. 40. vol. 3. Speculat. tit. de Test. §. 1. n. 32. & 84. Glosf. in l. testium 3 §. lege. 5. ff. de Testib. Nepos à Mont. Alb. tract. de testib. n. 21. Farinac. d. quæst. 59. n. 24. Bartol. in l. qui testamento 20. §. cum qui 5. & seq. ff. de Testam. n. 1. Imol. ibid. in §. mulier 6. Jacobin. de S. Georg. in tit. ff. de Testament. Anton. Gometz. variar. resolut. tom. 3. c. 12 rubr. de Probat. delict. n. 13. vers. quod intellige. adeò ut ne in subsidium quidem, in casu, quo veritas per alios haberi non potest, admittantur. Farinac. d. loc. & Quæst. 62. num. 80, 81, 381, 382. Sed etiam in civilibus, nam l. 18. ff. de Testib. & l. 20. §. 6. ff. de Testament. supraque allegati Dd. generaliter & de Criminalibus & Civilibus loquuntur; quippe meretrices sunt ipso jure infames. l. 43. §. pen. ff. de Rit.

nupt. Brunnem. ad d. l. n. 10. & ad l. Athletas 4. ff. de His qui no-  
tant. in fam. Glosf. d. loc. Alex. d. loc. Corrad. d. loc. infamis vero  
infamia juris tam in criminalibus, quam Civilibus repellitur  
à testimonio, secundum utrumque Jus. Farinac. Quæst. 56. n. 26.  
fundamentum enim testimonii; est fides. cap. 10. x. de VS.  
atque infamis caret fide, status ejus est diminutus, dispositio-  
neque juris maculatus; Præterea ferre testimonium est ho-  
nor, arg. d. cap. 10. est dignitas. Mascard. de Probat. Quæst. 5. n.  
15. per 32. quæst. 5. cap. 21. ea autem, in quibus dignitas versatur  
omnino infamibus interdicta sunt. l. un. C. de Infamib. l. pen.  
C. de Dignitat. Tandem dictio testimonii computatur inter  
actus legitimos. l. pen. verb. omne testimonium & alias legiti-  
mas conversationes. C. de Hæret. & Manich. à quibus simili-  
ter infames removentur. cap. 47. x. de Testib. Denique facilius  
ad accusandum quis admittitur, quam ad testificandum. cap.  
14. x. eod. Atque Infamia juris infamis repellitur ab accusan-  
do. l. 8. ff. de Accusat. fortius ergo à testificando.

XXV. Excipiuntur hic crimina quædam, in quibus  
prædictæ foeminae admittuntur, de quibus videatur Nepos à  
Mont. Alb. tract. de Testib. n. 21. ut in Crimine læsæ Majestatis.  
arg. l. 7. ff. Ad L. Jul. Majest. Gig. d. loc. n. 2. Farinac. d. quæst. n. 366.  
Mascard. de Probat. Conclus. 463. n. 7. vol. 1. per l. 8. ff. d. tit. ubi  
aperte videtur sancitum, quod Julia, quæ fuit meretrix, conju-  
rationem Catilinæ patefecerit Marc. Tullio Consuli. (2) Cri-  
mine Simonie. cap. 7. cap. 31. x. de Simon. (3) Crimine hæresis.  
arg. l. pen. C. de Hæretic. cap. 10. x. eod. (4) Crimine Sacrilegii  
arg. l. 31. C. de Episc. & Cleric. (5) Crimine Fraudatæ. annonæ.  
(6) in Causa dilapidationis bonorum Ecclesiæ. arg. cap. 6. x.  
de Reb. Eccles. al. vel non. (7) Crimine fraudati census. (8)  
Crimine perduellionis. arg. l. fin. ff. Ad L. Jul. Majest. Farinac.  
d. quæst. n. 70. ubi allegati auctores ad saturitatem videri pote-  
runt;

runt; Interim tamen in his criminibus licet admittantur, non sunt tamen integræ fidei, & omni exceptione majores. Farinac. d. loc. n. 71, 367. dictumque meretricis non sufficit, præsertim in Crimine læsæ Majestatis ad torturam sine aliis adminiculis, d. n. 71. & 368. & in crimine hæresis debent esse numero plures quam duæ, vel si tantum duæ, cum illarum dicto concurrant alia adminicula & circumstantia. Farinac. Quæst. 62. n. 89. Procedunt quoque meretricum testimonia in iis, quæ facta sunt in prostibulo, in quibus, cum veritas per alios sciri melius non possit, quam per Lenones & meretrices, hoc ideo illas admitti testatur Marc. Anton. Bayer. tract. de Mora. p. 3. n. 7. sæpe prædictus Farinac. d. q. 56. n. 369. recensendo alios. Narrata enim crimina, cum ita comparata sint, ut cujuscunque generis inhabiles personas patiantur, quis meretrices, aliasque ejusdem farinae admitti in iis negabit?

XXVI. Quæ de meretrice dicta sunt, ampliantur quoque in eam, quæ meretricari desit. Farinac. d. loc. n. 363. per l. 43. §. 4. ff. de Rit. nuptiar.

XXVII. Ordo postulat ut in Testimonii muliebris explicatione pauca quædam existentibus etiam testimoniis virilibus, de illorum prærogativa subjiciantur. Cum autem masculus in majori sit dignitate quam foemina l. 1. ff. de Senator. in tantum, ut etiam masculi nomine quandoque comprehendatur foemina l. 16. pr. ff. de Testam. tutel. non foeminae masculus l. 45. in fin. pr. ff. de Legat. 2. Gothofr. ad d. l. 16. & foeminae quoque à marito suum habeant decus & nomen. d. l. 1. §. 1. l. 8. ff. de Senator. neque mulier tantæ sit fidei quam masculus, ut per totam videmus Disputationem nostram, unde etiam per se dignius horum, quam illarum testimonium. Mascard. de Probat. Conclus. 234. n. 7. quilibet in testimonio dicendo, his magis credendum quam illis facillimè affirmabit, data scilicet

et paritate in numero testium, & in qualitate personarum.  
Farinac. d. quæst. 59. n. 49. Anton. Gabriel. Tit. de Testib. lib. 1.  
Conclus. 4. n. 33. Specular. in tit. de Test. §. postquam 12. n. 4.  
seqq. Felyn. in cap. quoniam 3. x. de Testib. n. ult. vid. etiam cap.  
32. eod. Dec. in l. foeminae 2. ff. de R. J. n. 34. in fin. & n. 35. Mar-  
fil. singul. 611. Gerard. à Petrasanc. singul. n. Nepos à Mont.  
Alb. tract. de Testib. n. 159. Aufren. eod. tract. n. 69. ad fin. Lan-  
franc. ab Orian. eod. tract. post. n. 77. vers. attende tamen. Crot.  
eod. tract. part. 3. n. 57. in fin. vers. data tamen paritate. Fran-  
cisc. Curt. eod. tr. n. 38. Tiraqv. de Leg. connub. l. 9. n. 70. 72.  
Corrad. in Pract. §. 2. de Offic. Prator. in caus. civil. tit. de Te-  
stib. rubr. personas testium aggrediendo. verb. mulier. n. 75.  
fol. 105. column. 2. Corn. Consil. 319. n. 10. lib. 1. Duen. Reg. 313.  
in 4. limit. vers. circa quam. Aym. de Antiqv. tempor. part. 1.  
§. quæritur in hoc materia. n. 37. in fin. versic. ideo cæteris pa-  
ribus. Bald. in l. fin. ff. de Fid. Instrument. Alex. Consil. 236. vol.  
6. Abb. in cap. forus 10. x. de VS. Gerard. de Petrasanc. d. loc.  
verumtamen dantur casus, in quibus testimonium virile ce-  
dere cogitur foemineo nempe (1) Si mulieres testes sint No-  
biles; nam illarum testimonium præfertur testimonio viro-  
rum ignobilium. Mascard. de Probat. Conclus. 1097. n. 8. Ge-  
rard. Petrasanc. d. verb. his casibus. Tiraqv. de Nobilit. c. 20. n.  
33. (2) Si foeminae sint bonæ famæ, masculi verò malæ, nam  
& tunc magis credendum foeminis quam masculis. Alb. de  
Rosat. in l. multis 9. ff. de Stat. homin. Duen. d. loc. in fin. vers.  
quod dictum etiam intellige, etiam si masculi deponerent ve-  
rissimiora; quod verissimum & notabile sibi videri affirmat  
Farinac. d. loc. n. 52. Tiraqv. de Leg. connub. l. 9. n. 63. in fin. (3)  
si testimonium foeminarum tendat in favorem Rei, viro-  
rum autem in favorem actoris. Mascard. Conclus. 234. n. 7. Farinac.  
d. loc. n. 53. Anton. Gabriel. d. loc. n. 42. Felyn. d. loc. Gerard. à  
Petras.

Petrus, d. loc. item si foeminae deponerent pro innocentia & defensione carcerati, masculi autem ad Fiscum, vel accusatoris favorem, etiam tum magis creditur foeminis, quam masculis. Farinac. d. loc. Marfil, in l. unius facinoris 18. §. in ea causa 2. ff. de Quaestio. Abb. d. loc. Tiraqu. d. l. 9. n. 71. Duen. d. loc. vers. quod tamen est verum. junct. vers. quod non procedit. nisi masculi deponant verisimiliora. Farinac. d. loc.

XXVIII. Sicut jam masculo potius creditur, quam foeminae, ita & in concursu foeminarum potius creditur virgini incorruptae, quam viduae & corruptae. Farinac. d. quaest. 59. n. 15. Anton. Gabriel. d. loc. n. 67. Barbat. in cap. causam matrimonii 14. x. de Probat. Bald. in c. pen. x. eod. col. 2. Vid. etiam Feyn. in cap. in nostra 32. x. de Testib.

XXIX. Verum enim vero Judex justitiae, imo DEI persona indutus, ut aequam Justitiae lancem regat, in depositione foeminarum, an ipsarum testimonio adhibenda sit fides nec ne? diligenter debet considerare illarum qualitatem, loquendi affectus & mores, reliquasque Circumstantias. Jodoc. Damhouder Pract. rer. criminal. c. 50. num. 25. Farinac. d. quaest. 59. n. 25.

XXX. Ubi autem mulieri testimonium dicendum an in loco judicii, an vero in suo domicilio? Respondetur per distinctionem. Aut enim testes producuntur in causa criminali, & omnino ad causam Judicem venire debent, nec aliter audiuntur. Nov. 90. c. 5. in fin. cap. 3. x. de Testib. quare Imperator Adrianus. in l. 3. §. 3. ff. de Testib. adducitur dixisse, se non testimoniis, sed testibus crediturum; aut in causa Civili, & etiam hic, quando sunt in loco, ubi litigatur regulariter ad judicem de causa cognoscentem venire coguntur,  
ut.


ut apud eum testimonium dicant. l. n. l. 16. in pr. l. pen. pr.  
C. de Testib. Excipiuntur tamen inter ceteras personas, ad  
quas leges jubent mitti Procuratores partium ut illis depo-  
natur, etiam mulieres honestæ l. 2. §. 2. C. de jurejur. propt.  
column. dando. Nov. 124. c. 1. cap. 2. de Jud. in 6. Mascard.  
de Probat. quæst. 5. n. 102. vol. 1. Pac. in Analys. ad tit. C. de  
Testib. n. 16. & hæc apud Joh. Oldendorp. tract. de Testib.  
c. 2. num. 8. nomine veniunt Matrum fam. item eodem  
modo adversario licet absente Jusjurandum ab iisdem susci-  
pitur. d. c. 1. nov. 124. Auth. principales. §. 3. junct. l. 2. §. 1.  
C. de jurejur. propt. column. dand. & in hoc personis æqui-  
parantur egregiis l. 15. ff. de Jurejur. ratio propter quam  
supra in th. 4. exprimitur. pudor scilicet &  
verecundia innata. d. c. 2. d. Ju-  
dic. in 6.

Tantum.









Königsberg, Piss., 1686-94

ULB Halle

3

004 356 780




*P*

*H.*

*WMA*





1687, 3

1687, 3

17  
10

DISSERTATIO JURIDICA  
DE

# TESTIMONIC FOEMINARUM,

*Quam*

D. O. M. A.

In Illustri Albertinâ  
Consensu Magnifici Jctorum Ordinis

SUB PRÆSIDIO

*VIRI*

*Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi Domini,*

DNI JOHANNIS MITZELII,

U. J. D. P. P. Ord. & h. t. Acad. Rect.  
nec non Advoc. prænobil. Jud. Aul. meritis,

*placida eruditorum ventilationi*

*sistit*


GEORG. Plene / Colbergens.

IN AUDITORIO MAJORI

Ad d. 13. Jul. Anno 1687.

REGIO MONTI,

Typis FRIDERICI REUSNERI, SEREN. ELECT.  
RAND. ET ACAD. TYPOGR.



volun  
nenic  
s, alio  
e tra  
t & e  
Solym  
malie  
shum  
repræ  
anos  
geret,  
ortun  
tibus  
ravit.  
madn  
lum n  
eriõ r  
st, si r  
pare  
erunt  
& imp  
tantu  
id, qua  
us spo  
s, præ  
um, ve  
d. hæ  
æst, r  
Princ  
es tole  
nia ip  
mus,

